



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Latronis nuncupati Cyriaci. Capvt CLXV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

NArrauit quidam vir fidelis de latrone quodam, Cyriaco nomine, qui latrocinia exercebat circa Emaus, quæ est Nicopolis. Quis ad eum truculentus, & immanis fuit, ut Lupus vocaretur. Hic secum habuit alios latrocinij socios non solum Christianos; verum & Iudeos, & Samaritanos. Quadam ergo die profecti sunt quidam ex agro Nicopoleos in sanctam Ciuitatem magna hebdomada, ut per baptismum illuminarent filios suos. Quod cum fecissent, & reuertentur in agrum suum, ut celebrarent sanctum Resurrectionis diem, occurrerunt illis latrones, principe suo absente. Et viri quidem fuga euaserunt. Mulieres autem, proiectis nuper baptizatis filiis, tenuerunt Hebræi, & Samaritani, & habuerunt eas. Fugientibus igitur viris obuius fuit latronum princeps, & ait illis: Cur fugitis? Illi autem dixerunt, quid sibi contigisset. Sumens ergo illos venit ad socios suos, inueniensque infantes in humis proiectos, cum sciscitatus esset quinam hoc fecissent, sceleris decollauit auctores, reddensque viris filios (nam vxores, quia inquinatæ fuerant, recipere passi non sunt) saluauit eos latronum principem, & reduxit vsque ad agrum suum. Post modicum verò temporis tentus est latronum princeps, egitque in carcere decem annos, nullusque principum illum occidit, ad prostremum verò vitam absolutus est. Dicebat ergo semper, quia propter infantes illos amaram effugi mortem. Abspiebam enim illos frequenter in somnis dicentes mihi: Noli timere; nos pro te satisfacimus. Locuti autem postea cum illo sumus ego, & Abspiebam

bas Ioannes præsbyter monasterij Eunuchorum
& hæc eadem nobis ipse narrauit glorificans Deū

- 1 *Magna hebdomada etiam antiquis in obseruatione erat.*
- 2 *Vt celebrarent sanctum Resurrectionis diem.*

Vitalatronis monachi effecti, & postea in seculari habitu decollati.

C A P V T C L X V I.

Dicebat Abbas Sabbatius : Cūm sederem
in monasterio Abbatum Firmini, venit latro
quidā ad Abbatē Zosimum Cilicem, & rogabat senem dicens : Fac charitatem, per Deum te precor, quia multis homicidijs obnoxius sum. Fac me monachum, vt iam tandem desistam à sceleribus meis. Senex verò exhortans illum, fecit monachum, & sanctum ei habitum dedit. Post modicum verò temporis dixit ad illum senior : Crede mihi, fili, non potes hic habitare. Nam si audierit princeps, tenebit te. Similiter autem & aduersarij tui necabunt te. Sed audi me, & ducam te in cœnobium Abbatum Dorothei prope Gazam, & Maiumam. Illuc igitur iuit. Vbi cūm moratus esset annis nouem, didicissetq; psalterium, & cunctam monasticam obseruationem redijt rursus in Firmini monasterium. ad senem, & ait illi : Fac misericordiam mecum, pater, & da mihi vestimenta mea secularia, & recipe monastica. Senior autē tristis effectus ait illi : Cur fili ? Qui respondens ait : Ecce nouē (vt nosti, pater) annos egi in cœnobio, & quantum potui ² ieiunavi, & continenter vixi, & cū omni quiete, & timore Dei fui in subiectione, & scio quia illius infinita bonitas multa peccata mea remisit mihi. Veruntamē aspicio sepius